diximus) de cuius in me benevolentia melius confido. Sed Scio esse morosos quosdam qui eum morem adsistendi infantibus sponsores vituperent, et ambitionis et illiberalitatis, sed eorum iudiciis ego legem humanitatis oppono quae vult alienam quoque sobolem nos cum ratione habere, ne suis orbata custodibus frandetur legitima institutione. Nihil hic Scopum illiberale, sed quia ad rem humanissimam adhiberi soleant quos charissimos habemus, ad vos referre animum non dubitam. Sed ante diem quo isthuc discessio cui intervenire nequeam possunt. Matri ex meo animo precaberis gaudium in Christo Salvatore et ardentem quandam expectationem illius vitae in qua defuncti praesentibus curis fruamur aeterna Filii DEI et sanctorum societate. Tu si me amas, retineas exercitia fidei et pietatis, ne te iste aestus ineuntis aetatis, et consuetudo peccantium a pristina integritate depellat. Salutem dic et Vanheidio, quem miror nihil ad me literarum post reditum e Gallia dedisse, habeo apud me plures eius epistolas obsides perpetui erga me amoris et testes animi in doctrina pietatis non infeliciter instituti. Scio eum (ne si velit quidem) ab amicitia tam sancte conflata discedere non posse. Vale Duisburgi 4 Calend. Julii Anno 1562.

Johannes Molanus

D. Gerardo Veltio Ducis Cliviae Concionatori et D. Nicolao Rollio Wesaliensis Ecclesiae Ministro.

Pax Christi

Nisi res gravissimas sustineretis duo praestantes viri doleret sic praeter consuetudinem impudens sim si obstreperam, imo quod vehementer tam stupidum animal invecta mea ad vos receperitis magnas gratias ago, non dilusit meus stupor a Judaica fere tarditudine quae ne agnovit quidem oblatam, quem magno cum desiderio expectaverat. Sed haec sunt communia generis et speciei vitia. In primo congressu tentabam disticho vobis gratiam referre, si tamen id esse putatis aliquod hostimentum, nempe et est in proverbio Χρόνια [illegible]. Id cum non succederet dulcissima vestra consuetudine (qua nostrum ut festis Quinquatribus fruendum erat) animum cogitationem meam sibi vendicante domum a vobis digressus illeni meum saepe suspirans penitus chartis quosdam emutis pedibus versiculos quibus exciperem si libet reversos paulo urbanius quam in primo congressu. Eos textam meum video natos non admodum feliciter et qui nesciant tempori servire, tamen adscribam.

Dicite Climaci duo candida lumina coetus
Junii ipsis hodie nobis exorta Calendis
Quid fremitis? quae cura animos tam aspera solatur
Sollicitat? qua spe tandem quoquomodo flentes
Spargitis affectus coelestia semina salsis.
O dulces animae Velti et tu strenue Rolli,
Quos alunt gregis afflicti certamina, quorum
Cordibus exarsit concitati gloria Christi,
Spargite ab ore ad mala beata semina vitae,
Spargite, quo melior messis se surrigat arvo;
Scire nefas aut quo pereant plantaria clivo?

Stabe

Sate fide infracti namque non incubat atrox
Tempestas instat operi conniuente dies
Nec mora tantillum tantillum et fulminis instar,
Prosiliet Dominus messis qui munere functos
Constanter probet, ac magna iter praemia ducat,
Quare agite o memores pedibus procumbite albis
Fundite larga pio patris de ventre perennis
Flumina ne si quis fermentior ingruat aestus
Corrupto coeli tractu miseranda recurrat,
Non ignota lues pecoris et letifer annus.

Duisburgi faciebam Calendis Junij
1562

Nr. 124) [= Mscr. a. 12: an Nr. 45]

D. Aegidio Berio Fran-
cofurti.

Diogenes laudasse fertur eos olim, qui uxores ducturi nō ducerent, qui navi-
gaturi non navigarent, qui ad Rempub. accessuri non accederent. Est eius-
modi quaedam in te solicita prudentia venerande frater, ut qui subinde hac profe-
cturus, propius te patriae iuncturus, comprehendimus tamen et famentum reduceris.
Nobis quidem submolesta est haec frustratio, talem commilitonem desiderantibus,
sed tamen quae ex usu tuae familiae sint, quaeque ad animi tui tranquillitatem faciunt
ut velim facias constanter non habita ratione nostri. Itaque ut nuper tuis suspirio;
ubique in magnum gaudium coniectus sum, ita nunc frustratis omni spe deiectus, in tuo con-
silio quod reprehendere non possum tamen acquiesco. Non licet homini ita esse, ut vide-
sinit. cum res non sinit. Et quo tandem se vertat cultor DEI, ubi stabile perfugium sibi et libe-
ris nancisci possit? Sane huius nostrae Ecclesiae ratio sic hactenus laborat, ut vix per-
fectioribus assueverit, non admodum probari possit. Concionator non astringitur, con-
gressus languidi, neglecta disciplina, coetus exiguus, Schola rara. Deploranda sunt
haec, et tamquam fati quaedam necessitates obfirmato animo superanda. Isthic etiam
nunc scio res meliores esse in Congressibus Germaniis, quamobrem Francofurtum non pos-
sum dum te video mature consilium mutasse. Et tamen istud hic magnum est, pro
quo meus parvus animus magnifice DEUM laudare contendit, quod in guber-
natione et spiritualis et civilis vitae prorsus liberi sumus. Hoc beneficium iis viris,
quibus DEUS bonam conscientiam largitus est, mihi non exiguum videtur, qui cum
sibi ipsi sint Lex et disciplina, facile suos et suorum mores in ordinem cogunt, eo
spiritu ducti quem sciunt unum, ubi alia destituant instar multorum esse. Quare si
res tua te mecum in has oras compulisset, aut etiam voluntas patriae cupida dux
tuti. esset non dubito quin et hic tua tuorumque salutem integram tueri potueris, atque ut
dignum est Evangelio sine ulla contagione versari. Habitandi praeterea locus, ame-
nus, aer, aqua, montes, sylvae, agnus haedus, vitulus, pisces, pullus, panis, lac, buty-
rum, ova, fructus, postremo civium ~~[illegible]~~ simplicitas, Magistratus ~~[illegible]~~ facili-
tas, civitatis libertas, familiaris humilitas. DEI nostri praesentia et bonitas ita
haec complexa erit, ut me certe huius hospitij poenitere non possit. Avunculus vivo
quam Bremae sed magis ex animo meo. Itaque nudiustertius a Senatu Breme-
sire.